Item apoca·xx· Erūt ſacerdotes xp̄i
et dei et r̄gnabūt cū eo mille ānis·i·
eternaliter· Per mille em̄ notat̄ et
nitas· Si igit̄ credis glorioſū eſſe
regnū dei nr̄e ē ut bonis opibus il
luc peruenire labores· De ſcd̄o mēbro
in diuiſione thematis ſuppoſito nō
q̄ ſicut d̄t boecius bt̄itudo eſt ſtatus
oīm bonoꝝ cōgregacōe pfect⁹ Quā
bt̄itudinē nobis p̄ſtare dignetur ihe

Dn̄ica ſcd̄a poſt paſcha S°. xxxix.

Ego ſum paſtor bonus et cog
noſco oues meas et ꝯgnoſcūt
me mee· Quatuor p̄ncipalit̄ ſūt
hic notāda· Primo que ſit cauſa q̄
dn̄s ſe bonū paſtorē ꝓteſtat̄ Scd̄o
quid p oues eius intelligat̄· Tercio
ad q̄ paſcua grex ſuarū ouiū dedu
cat̄· Quarto quis ſit lupus qui dn̄i
ouibus inſidiat̄· De primo nota
q̄ ad hec q̄ paſtor irrationalium
ouiū vtilis ſit patrifamilias quatu
or requiruntur· videlicet q̄ ſit fortis
ut lupo et latrunculis obſiſtere poſ
ſit· Item q̄ ſit ſapiens ut videlicet
inter paſcua ſalubria et nociua diſ
cernere ſciat· Tercīo q̄ ſit vigil ne
videlicet eo dormiēte grex ſibi cōmiſ
ſus diripiat̄· Quarto q̄ ſit benign⁹
ne videlicet oues extra vagantes
baculo ſuo proiciat·ſed eas ad viā
cum modeſtia reuocet et lenitate eo
rumqꝫ debilitatem pie ſupportet· Et
certe ꝓpter has quatuor cauſas do
minus ſe bonum ideſt vtilem paſto
rem appellat· De primo hoc ē de for
titudine paſtoris huius dicit iob·ix·
Sapiens corde eſt et fortis robore
quis reſiſtit ei et pacem habuit Si
fortitudo queritur robuſtiſſimus eſt
Iſte eſt ille dauid manu fortis qui
contra goliam hoc eſt dyabolū cum
baculo ſancte crucis ꝓcedens pro ca
ſtris iſrahel ſingulare certamē iniit
eumqꝫ triplici lapide hoc eſt innocē
cia cordis oris et operis in cruce mo
riens proſtrauit et occidit· Iſte eſt
bonus paſtor qui cotidie contra de
mones aſſiſtit pro ouibus ſuis pug
natqꝫ pro eis· Unde dicit yſa·lxiij·
Ego qui loquor iuſticiam et ꝓpug
nator ſum ad ſaluandū· De ſecundo
hoc eſt de ſapiencia paſtoris huius
dicit eccle·i· Omnis ſapiencia a dn̄o
deo eſt et cum illo fuit ſemp̄ et eſt an
te euū· Fons ſapiencie verbū dei in ex
celſis· verbū dei ideſt filius dei· Iſte
ergo paſtor cuius ſapiencie non eſt
numerus oſtendit que paſcua ſalu
bria ſint ouibus ſuis et que nociua
Docet em̄ v̄bo et exēplo p̄niciōſa eſſe
prꝑianis paſcua diuiciaꝝ deliciaꝝ et
honorum et q̄ ſalubria ſint paſcua
paupertatis aſperitatis ac humilitatis
Unde et ipſe apud bethleem in diuer
ſorio natus elegit paupertatē aſpita
tē ac vilitatē· Eadē eciā pati voluit
in loco caluarie apud ſtratā publi
cā· Hec autē fecit ꝓpterea ut ſecus
vias predictas paſcua quererent
oues dn̄i· Un̄ aug⁹ in libro de cathe
tizandis rudibus· Omnia bona ter
rena ꝯtēpſit homo factus xp̄us dn̄s
vt contempnenda monſtraret et
omnia terrena mala ſuſtinuit que
ſuſtinenda precipiebat ut neqꝫ in
illis quereretur felicitas· neqꝫ in
iſtis infelicitas timeretur· De tercio
videlicet q̄ vigil ſit dn̄s· di in pſal·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non dormitabit neqꝫ dormiet q̄ cu-
ſtodit iſrahel· Unde et ipſe de ſe dicit
pſa·xxi· ſup cuſtodiã meam ego ſum
ſtans totis noctibus ſup ſpeculam
dñi· ego ſũ ſtans iugiter ꝑ diem· Ui
cet ergo ipſe vigilet ſalutẽ nrãm cu
ſtodiens· docet tamẽ et nos vigila
re ꝓ ſalute nrã· Unde dt mathi·xx
vi· vigilate et orate ut non intretis
in tẽptacõnẽ· Item mar·xiij· videte
vigilate et orate· qd aũt vobis dico
omnibus dico vigilate· ¶ De quarto
videlicet ꝙ ſit paciens et benignus
dr in pˢ· Suauis dñs vniuerſis et
miſeracões eius ſup omnia opera
eius· Ite yſa·xl· ſicut paſtor gregẽ
ſuũ paſcit in brachio ſuo congrega
bit agnos ⁊ i ſinu ſuo leuabit fetas
ipſe portabit· Paciens igit̃ eſt in pec
catorũ nrõrũ diurna diſſimulacõne
Benignus ẽ in multimoda bñficiorũ
collacõne· Ipſe enĩ qd perierat requiſi
uit carnẽ induendo et in mundũ veni
endo· qd abiectũ fuit reduxit crucem
ꝓ nobis aſcendendo ⁊ in brachia cru
cis ouiculas ſuas colligendo· et poſt
eam in aſcẽſione aĩas quas de limbo
eripuerat in celũ reuehendo· qd fra
ctũ fuerat alligat ꝑ verã ſatiſfactio
nẽ· Ipſe enĩ quaſi verus ſamaritanꝰ
purgat vulnera pc̃orũ infundens
vinũ acerrime cõtricõnis et ſupfun
dens oleũ interne cõſolacõis· et ſic al
ligat vulnera panniculis p̃ceptoꝝ·
qd infirmũ eſt ꝯſolidat ꝑ adiutricis
grẽ traſmiſſionẽ· quod forte et pin
gue eſt cuſtodit ꝑ angelicã ꝓtectio
nẽ· De p̃dcãs dt ezech·xxxiiij· qd pie
rat requirã· et qd abiectũ erat redu
cam· et quod fractũ fuerat alligabo

et quod infirmũ erat conſolidabo· ⁊
quod pingue et forte ẽ cuſtodiã· ¶
De ſcdo nota ꝙ per oues dñi intelli
gitur genus humanũ et p̃cipue xpi
ani· Unde dicit in pˢ· Nos ꝑplus eius
et oues paſcue eiꝰ· Dicit eciã petrꝰ
in j·cano·ij· eratis ſicut oues erran
tes· ſed cõuerſi eſtis nũc ad paſtorẽ
et epm animaꝝ vrãꝝ· Debet igitur
quilibet ouẽ imitari in vngule fiſſio
ne et in ruminacõne in mundicia et
in obediencia in ſimplicitate ⁊ lenita
te ⁊ multiplici vtilitate ⁊ in cõpaſſio
nis cõiunctione· Primũ igit̃ eſt ꝙ ſi
cut ouis vngulã findere debemꝰ per
diſcrecõnẽ boni ⁊ mali ut videlicet ſi
cut dr in pˢ· Declinemus a malo et
faciamus bonũ· Secũdũ ẽ ꝙ ⁊ nos
ſicut oues ruminare debemꝰ ꝑ iugẽ
recordacõnẽ oim bñficioꝝ dei· Omnia
enĩ bñficia que cõtulit nobis dñs ſi
ue ſint corꝑalia ſiue ſpũalia iugiter
in fauces memorie reuocare debemꝰ
et de ſingulis dño grãs agere Inho
neſtũ enĩ ⁊ inurbanũ eſt ꝙ ſicut por
ci bñficia dñi deuoremꝰ et de eis dño
grãs nõ agamus· Unde cotidie cani
tur· bñdicamus dño· Terciũ eſt ꝙ a
ſordibus luxurie ouiũ imitacõne no
bis caue̊ debemꝰ· Oues enĩ inuitiſſiẽ
inquinãt pedes ſuos· Unde ij·ad cori·
vi· mũdemus nos ab omni inquina
mento carnis et ſpũs ꝑficiẽtes ſan
ctificacõnẽ ſpũs in timore dei· Quar
tũ eſt ꝙ ſicut oues obediunt ſuo pa
ſtori ita et quilibet xpianus debet o
bedire deo et eciã ſacerdoti ſuo in om
nibus que ſũt ſcdm deũ· Unde ad phi·
ij· Kmi mei ſicut ſemꝑ obediſtis cum
metu et tremore vrãz ſalutẽ operami·

Quintū ēſt ꝙ ſicut oues ſimplices eſſe debem⁹ oēm dolū nequicie cōtēpnētes· Vn̄ petrus j· can· ij· xp̄s paſſus eſt ꝑ nobis vobis relinquēs exemplū ut ſequami veſtigia eius qui pc̄m nō fecit nec inuētus ē dolus in ore eius· Itē ad phil· ij· oīa faciā ſine murmuracōe et ſitis ſimplices ſicut filij dei· Sextū ꝙ debem⁹ eſſe lenes et māſueti ſicut oues· Vnde yſa· l· iij· dr̄ de dn̄o· ſicut ouis ad occiſionē ducet̄ et q̄ſi agn⁹ corā tondēte ſe obmutuit et nō apuit os ſuū· Itē iere· xi· Ego q̄ſi agnus māſuetus qui portat̄ ad victimā· Septimū ē ꝙ ſicut ouis vtile ē aīal· ita quilibet vtilis dꝫ eſſe ꝓximo ſuo· Ouis em̄ lanā exhibet ad indumētū· et carnē et lac ad nutrimentū· Sic igit̄ bonus xp̄ianus paupibus ſe debet vtilē exhibere vt videlicet nudos cooperiat· eſurientes cibet· ac potet ſitientes· ut ſi eciam ſi neceſſe foret paratus eſſet corpus ſuū in morte tradere ꝓ ſalute ꝓximi ſui· Octauum eſt ꝙ oues in feruore meridiei coniunguntur· Ita et boni xp̄iani in tribulacōibus ſuis concordes eſſe debent et cōpacientes ut quilibet portet onus alterius· De tercio nota que ſint paſcua ouium xp̄i ipſe dominus oſtendit in ezech· xxxiiij· Inducam inquit oues meas in terram ſuam et paſcam eas in montibus iſrahel in riuis et in cunctis ſedibus terre· Terra ouiū xp̄i eſt terra viuenciū ibi inuenient paſcua id eſt gaudia vberrima in monte pr̄is in monte filij in monte ſpiritus ſancti· Paſcentur eciā in riuis potencie qui fluit a monte patris· in riuo ſapiencie qui fluit a monte filij· Paſcuntur eciam a riuo caritatis ſue beniuolencie qui fluit a monte ſpūs ſancti· Paſcentur eciam in cunctis ſedibus illius terre hoc eſt in ſede cuiuſlibet angeli et archangeli ⁊ in cūctis ſedibus virtutū poteſtatū prīcipatuū dominacōnū threnorū cherubin et ſeraphin· Specialia gaudia inuenient in ſede cuiuſlibet patriarche prophete apoſtoli martiris confeſſoris virginis vidue ac coniugati· ſpiritualia gaudia recipient· Que gaudia nobis preſtare dignetur q̄ cum deo patre et ſpiritu ſancto ꝛc̄.

Dn̄ica tercia poſt paſcha· S° xl·

Iterum videbo vos et gaudebit cor veſtrū et gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis· Tria occurrunt hic conſideranda· Primo qui ſint illi quos iterum dominus eſt viſurus· Secundo in quo tempore ſe eis ſit oſtenſurus· Tercio qd̄ ſit gaudium qd̄ nemo deinceps eſt ablaturus· De primo nota ꝙ dominus conſolabiliter illos eſt viſurus qui modo plorant flent et triſtantur· Vnde ipſe dicit in preſenti euangelio· Amen amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos et contriſtabimini· Plorare igitur debemus ꝓpter multorū bonorū operū omiſſionē· Flere eciā debemus ꝓpter multorū criminum cōmiſſionem· Debemus eciam contriſtari ꝓpter diuturnā nr̄e peregrinacionis ac exilij prolongacionem· Igitur cum dicat eccleſiaſtes iij· ꝙ ē tēpus flendi et tempus ridendi· Modo flere debem⁹ ut poſtea rideamus